

Offertorium (Ps. 75, 9-10)

Terra tremuit, et quieuit, dum resurgeret in iudicio Deus, alleluia.

Secreta

Suscipe, quæsumus, Domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: ut paschalibus initiata mysteriis, ad æternitatis nobis medelam, te operante, proficiant. Per Dóminum nostrum...

Communio (I Cor. 5, 7-8)

Pascha nostrum immolatus est Christus, alleluia: itaque epulemur in azymis sinceritatis et veritatis, alleluia, alleluia, alleluia.

Postcommunio

Spiritum nobis, Domine, tuæ caritatis infunde: ut, quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordēs. Per Dominum nostrum...

Offertorio

La terra sussultò e poi tacque, quando Dio risorse per stabilire la giustizia, alleluia.

Orazione sulle offerte

Accogli, te ne preghiamo, o Signore, le preghiere del tuo popolo insieme all'offerta di questi doni, affinché ciò che ha avuto inizio nei misteri pasquali, con la tua grazia ci sia di rimedio per l'eternità. Per il nostro Signore...

Ant. alla Comunione

Cristo nostra Pasqua è stato immolato, alleluia. Festeggiamo dunque la Pasqua con i pani azymi in purezza e verità, alleluia, alleluia, alleluia.

Orazione

Infondi in noi, o Signore, lo spirito del tuo amore, affinché per tua bontà, Tu renda concordi quelli che hai saziato con i sacramenti pasquali. Per il nostro Signore...



DOMINICA RESURRECTIONIS

Introitus (Ps. 138, 18,5-6 et 1-2)

Resurréxi, et adhuc tecum sum, alleluia: posuisti super me manum tuam, alleluia: mirabilis facta est sciéntia tua, alleluia, alleluia. *Ps. Domine, probasti me, et cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam et Resurrectionem meam.* V. Gloria Patri...

Oratio

Deus, qui hodierna die per Unigenitum tuum æternitatis nobis aditum, devicta morte, reserasti: vota nostra, quæ præveniēdo aspiras, etiam adiuvando proseguere. Per eundem Dó-

Introito

Sono risorto ed eccomi nuovamente a Te, alleluia! Hai posto su di me la tua mano, alleluia, la tua sapienza si è rivelata meravigliosa, alleluia, alleluia. *Sal. Signore, Tu mi hai messo alla prova e mi conosci. Tu sai tutto di me: l'ora della morte e quella della risurrezione.* V. Gloria al Padre...

Orazione

O Dio che in questo giorno, per mezzo del tuo Unigenito Figlio, sconfitta la morte ci hai riaperto le porte dell'eternità, fa che possiamo realizzare col tuo aiuto i desideri che Tu stesso ci



Suore Francescane dell'Immacolata
Monastero delle Murate - Città di Castello (PG)

minum nostrum Iesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat...

Lectio Epistolæ Beati Pauli Ap. ad Corinthios I 5, 7-8

Fatres: Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur: non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitiae: sed in azymis sinceritatis et veritatis.

Graduale (Ps. 117, 24 et 1)

Hæc dies, quam fecit Dominus: exsulemus, et lætemur in ea. V. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Allelúia, allelúia. Pascha nostrum immolatus est christus. *Allelúia.*

Sequentia

Victimæ paschali laudes immolent Christiani.

Agnus redemit oves: Christus innocens Patri reconciliavit peccatores.

Mors et vita duello conflixere mirando: dux vitæ mortuus regnat vivus.

ispiri, prevenendoci con la tua grazia. Per lo stesso nostro Signore...

Epistola di San Paolo Apostolo ai Corinzi

Fratelli, togliete via il lievito vecchio, per essere pasta nuova, poiché siete azzimi. E infatti Cristo, nostra Pasqua, è stato immolato! Celebriamo dunque la festa non con il lievito vecchio, né con lievito di malizia e di perversità, ma con azzimi di sincerità e di verità.

Graduale

Ecco il giorno preparato dal Signore: esultiamo e gioiamo in esso. V. Rendete grazie al Signore perché è buono, perché eterna è la sua misericordia.

Alleluia, alleluia. Cristo nostra Pasqua è stato immolato. *Alleluia.*

Sequenza

Alla vittima pasquale, s'innalzi oggi il sacrificio di lode.

L'agnello ha redento il suo gregge, l'Innocente ha riconciliato noi peccatori col Padre.

Morte e Vita si sono affrontate in un prodigioso duello. Il Signore della vita era morto; ma ora, vivo, trionfa.

Dic nobis, Maria, quid vidisti in via? Sepulcrum Christi viventis: et gloriam vidi resurgentis.

Angelicos testes, sudarium et vestes.

Surrexit Christus spes mea: præcedet vos in Galilæam.

Scimus Christum surrexisse a mortuis vere: tu nobis, victor Rex, miserere. Amen. Alleluia.

Sequentia S. Evangelii secundum Marcum 16, 1-7

In illo tempore: Maria Magdalene, et Maria Iacobi, et Salóme emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum. Et valde mane una sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto iam sole. Et dicebant ad invicem: Quis revolvat nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum viderunt iuvenem sedentem in dextris, coopertum stola Candida, et obstupuerunt. Qui dicit illis: Nolite expavescere: Iesum quaeritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hic, ecce locus, ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius et Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

«Raccontaci, Maria; che hai visto sulla via?». «La tomba del Cristo vivente la gloria del Cristo risorto,

e gli angeli suoi testimoni, il sudario e le vesti.

Cristo, mia speranza, è risorto; e vi precede in Galilea».

Sì, ne siamo certi: Cristo è davvero risorto. Tu, Re vittorioso, abbi pietà di noi. Così sia. Alleluia.

Sequenza del Santo Vangelo secondo Marco

In quel tempo, Maria di Màgdala, Maria di Giacomo e Salóme comprarono oli aromatici per andare a imbalsamare Gesù. Di buon mattino, il primo giorno dopo il sabato, vennero al sepolcro al levar del sole. Esse dicevano tra loro: «Chi ci rotolerà via il masso dall'ingresso del sepolcro?». Ma, guardando, videro che il masso era già stato rotolato via, benché fosse molto grande. Entrando nel sepolcro, videro un giovane, seduto sulla destra, vestito d'una veste bianca, ed ebbero paura. Ma egli disse loro: «Non abbiate paura! Voi cercate Gesù Nazareno, il crocifisso. È risorto, non è qui. Ecco il luogo dove l'avevano deposto. Ora andate, dite ai suoi discepoli e a Pietro che egli vi precede in Galilea. Là lo vedrete, come vi ha detto».